

a) *Universis presentibus literis inspecturis Decanus et Universis fidei pariter vestris salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum universi fidei catholice cultores tam naturali aequitate quam divina legis precepto sint stricti ut fidele testimonium perhibeant veritati multo magis convenit ut Magistri sacrae Theologiae professores qui veritatem de divinis scrutantur et in ea alios instruunt et informant ut sic nec amore vel favore aut alia quacumque occasione deviant a rectitudine veritatis et rationis. Cum igitur non solum fama referente sed ipsius rei evidentiā declarante utraque nobis consset dilectum nostrum venerabilem et discretum virum Magistrum Joannem Michaellem Diocesis Lausannensis in sacra Theologia Baccalaureum utriusque moribus et scientia fore multipliciter commendabilem. Volentes quantum nobis incumbit in hac parte veritati testimonium perhibere tenore presentium notum facimus tam presentibus quam futuris quod prefatus Magister Joannes Michael gradum Baccalaureatus anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo die decima septima mensis Maii examiniibus rigorosis secundum prout nostra Theologica facultatis statuta et consuetudines in eadem facultate Theologica Parisiensi legitime est adeptus. In cuius rei testimonium sigillum praesentium nostrae Theologiae facultatis literis praesentibus duximus apponendum. Datum Parisiis in nostra congregatione generali apud collegium Sorbonae solemniter celebrata Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo die prima mensis Augusti.*

b) **Universis presentibus literas inspecturis Decanus**
 singularique Magistri facultatis Theologiae in venerabili florenti et fructifero studio Parisiensi salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum universi fidei catholice cultores tam naturali aequitate quam divina legis precepto sint stricti ut fidele testimonium perhibeant veritati multo magis convenit ut Magistri sacrae Theologiae professores qui veritatem de divinis scrutantur et in ea alios instruunt et informant ut sic nec amore vel favore aut alia quacumque occasione deviant a rectitudine veritatis et rationis. Cum igitur non solum fama referente sed ipsius rei evidentiā declarante utraque nobis consset dilectum nostrum venerabilem et discretum virum Magistrum Joannem Michaellem Diocesis Lausannensis in sacra Theologia Baccalaureum utriusque moribus et scientia fore multipliciter commendabilem. Volentes quantum nobis incumbit in hac parte veritati testimonium perhibere tenore presentium notum facimus tam presentibus quam futuris quod prefatus Magister Joannes Michael gradum Baccalaureatus anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo die decima septima mensis Maii examiniibus rigorosis secundum prout nostra Theologica facultatis statuta et consuetudines in eadem facultate Theologica Parisiensi legitime est adeptus. In cuius rei testimonium sigillum praesentium nostrae Theologiae facultatis literis praesentibus duximus apponendum. Datum Parisiis in nostra congregatione generali apud collegium Sorbonae solemniter celebrata Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo die prima mensis Augusti.
Approbo casuram / septimo Die vero prima
 e Goux

A. D. 1577. — Diplome der Pariser Universität.
 Freiburg (Schweiz), Archiv des Franziskanerklosters.